



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

ignis, omne ferè patrimonium in exornandis Ecclesijs, muniendâ Colonia Agrippinâ, expendit; duos, Westphalia & Angaria latissimos nobilissimòs-que Ducatus concessione Caesaris ( Henrico Leone proscripto ) sedi suæ comparavit. Munificentissimus idem fuit amplissimi Cœnobij Haisterbacensis Fundator. Tandem anno M. CCX. operibus meritisque plenus, fato defunctus est.

## VII.

GERISHEMIUM prope Disseldorpium à WILBERTO Episcopo Coloniensi, anno M. CCC. LXX. ædificatum, & à GERICO Comite dotatum, festivo plausu honorat B. REGENBERGAM eius Ducis filiam, cuius celesti prudentiâ tantum sapientiæ hausit, ut una de numero prudentum, cœlestes CHRISTI nuptias, omni ævo continuandas intrârit: quæ seculum blandiens, & terrenas voluptates Ducis Parentis sanctâ institutione reliquit. Sub veste splendidâ cilicium occultare solita, artem, mundum piè fallendi, nos docens. utriusque & Parentis & Filie Cineres urnâ unâ conduntur. Ex Appar. Gelen.